

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.
0993

0991

0997

0987

1002

denegaremus panem et aquam, et securiores essemus. Unde semper in sero omnes nobis ignotos convocabimus et eis panem et aquam ad mensuram participavimus hortantes eos, ne se juxta tentoria nostra locarent, sed abirent, quod si secus facerent, eos cum fustibus et baculis a nobis repellere vellemus, sicut nec nostros servos accumbere nobiscum permisimus.

0982

1042

0942

Gravis et singularis casus F. F. F.

1092

Quarta decima die, quae est exaltationis S. crucis, et erat dominica XV. post Trinitatis, mane ante lucem surreximus disponentes nos ad recessum. Orta est autem iterum dura et grandis altercatio inter peregrinos et camelorios et asinarios, sicut quasi singulis diebus contingere solebat. Hoc enim detestabile malum in hac peregrinatione sustinuimus, quod famuli nostri, quos grandi conductimus pretio et excessiva pecunia emimus, pro nostro famulatu erant nobis infideles et furabantur omnia, quae poterant. Noctibus occulte ad saccos paximatium se conferebant et foramina lacerabant, et quanta poterant accipiebant, forabant enim rodentes sicut glires, nec poteramus adeo diligenter vigilare, quin omnibus noctibus rapinam a nobis deportarent, sunt enim artificiosissimi fures, scientes in oculis intuentium rapere. Ad hoc etiam erant involuntarii ad tollendum supellectilem nostram, propter quam tamen ipsos cum camelis emimus, et omni tempore instantे oneratione abjiciebant res nostras et nobiscum contendebant, nec pacifice tollebant abjecta, nisi novum argentum, quod dare minime tenebamur, viderent. Supra modum saepe turbaverunt nos illi miseri; si non timuissemus majus periculum nobis superfuturum, saepe verberibus et plagis eos affecissemus, quia eos vivos deglutire potuissemus, ut communi modo loquendi utar. Multa in his vindictae divinae commisimus et injusticias manifestas toleravimus. Igitur oneratis bestiis a deserto Magdabee recessimus et intravimus vastiorem et horribiliorum solitudinem, quam heri et nudius tertius habuimus, nec amplius aut hominum aut bestiarum deprehendere vestigia poteramus. Igitur gressum et transitum contra S. Catharinae stellam accepimus sine via per

0892

0492

Ende

Anfang

